

vestiori aetate nihil ferme religionis habeant, si natura habeant rebellem, indocilem, omnis austeritatis inimicam, in vitium, omniaque flagitiorum genera pronam? Quisquam alius expectari potest fructus ex ea negligentia, quae illorum indolem corrigere, atque ad virtutem convertere, & illis bona instillare principia contemnimus? P. Croiset Tomo 2. Considerationem Christianarum.

Varia ingenia ad virtutem formanda, quod si diu operantur, quae statim ignem corrumpunt. Namquam leduntur, quin aliqua existat scintilla. Haec statim profecto extinguuntur; adolescentium ita praecipue est, sed brevis; levitas in omnibus ferme illis adfectibus invenitur: attamen saepe una satis est scintilla, ut magnum exciteat incendium; natura iracunda, ac violenta saepius causa est penitentiae. Non desunt vehementia, ac servida ingenia, quorum ardor saepe inordinatus considerationem praervertit, neque alteri cuiquam rei prodest, nisi ut in majorem lucem eorum producatur imprudens. Non desunt timida, infirmaque ingenia, quae ut ita dicam lucem timent. Omnia illis terrorem incutunt. Praecepta correptiones esse putant. Exempla illos adigunt ad desperationem. Quor praecleara ingenia latent sub obscura timiditate sepulta? Non desunt ingenia, quibus mira inest hilaritas, atque jucunditas, & quae risu tantummodo jocoseque requirunt. Vim sibi inferri odierunt, ac majorem semper liberatem inquirunt. Corruptio parum mitoris illis adfert, eaque minus adhuc corrigit. Omnia, ipsae etiam nuge, illis solacium adferunt, & in eis itiam, quae magis seria videntur, eorum interlucet hilaritas. Alii profus oppositum habent caracterem. Tristes, moesti, cogitabundi, qui propter laetitia defectum nulla re afficiuntur, & quibus atrum praedominat ut temperamentum. Ratio semper ex animi sublimitate pendet. Sunt etiam ingenia molesta, importuna, pertinacia; nihil nisi arte, ac vi inde elici potest. Diceret hoc unum ipsis placere, displicere aliis. Pravam ingenium hominem efficit instabilem, spiritus imbecillitas pertinacem; neutrum virtuti idoneum est. Occurrunt etiam ingenia adeo aperta, & quorum studia adeo pertuaciter ferunt in malum, ut difficile reformari valeant. Nisi flecti regantur manu, in iritum cedit educatio. Adfunt quoque inordinata temperata, quae optima etiam alimenta pervertunt, atque corrumpunt. Denique invenitur etiam corda ita bene efformata, animae ita bene natae, ingenia adeo felicia, ut dicere possimus, parvulo eis stare impendio virtutem, & nihil reliquum facere educationi. Sed quam rara sunt! haec tamen indigent adhibere cultura; pulcherrimum quodlibet ingenium pa-

rum est, nisi summa cura periciatur. Haec sunt diversa ingenia, quibus extolendis est adlaborandum. Opus saepe ingratum est, temperque difficile, & in hac multiplici natura varietate quaenam sunt adhibenda remedia? P. Croiset in Christianis Considerationibus, Tomo 2.

Scire debes in omnibus societatibus inveniri homines inurbanos, & qui verbis, moribusque suis accidunt permolesti: alii inconstantes sunt, varii, litium amantes; alii joculari, subsannare, obtristare, censoria nota perstringere, omnibus generatim adversari gestiunt; alii maledici sunt, invidi, suspiciosi, tumidi, superbi qui sui rationem haberi ab omnibus, ac se nemini rationem habere cupient. Occurrunt alii vel nimis perfidiae, vel nimis indifferentes, vel nimium sedulos, vel nimium inconsiderati. Verbo; hoc persuasum esse debet ex tot mortalibus varis indolis, cum quibus versandum est seu propter urbanitatem, seu propter confanguitatem, seu propter negotiorum necessitatem, sepe accidere, ut ne unus ferme quidem sit, cum quo consuecere oblectemur, & cum quo tem habere nimis pigeat. Quid ergo faciendum sit, cum quo consuecere oblectemur, & cum quo tem habere nimis pigeat. Quid ergo faciendum sit, cum quo consuecere oblectemur, & cum quo tem habere nimis pigeat. Quid ergo faciendum sit, cum quo consuecere oblectemur, & cum quo tem habere nimis pigeat.

Certa promerenda existimationis, atque amoris mortaliu omnium via est habere mite ingenium, quod cum omni hominum genere se facile accomodat, atque propriam, ut ita dicam, naturam exuere, ut nosmet conformemus alienae. Christiana Religio, immo etiam vere urbanitas, non petit, ut illis conformemur, quorum indoles, ac studium est nostro conforme, sed generatim ad omnes extenditur, neque minus sese conformat illis, quibus ignota est, quam illis, qui mutuis officiis pari redere norunt. Idem.

Vobis persuasum esse debet, non posse in vite commercio felices esse, qui in via fœcendi vobis occurrunt, qui nulla ex parte placebunt, de quos neque in pretio habere, neque amore mutuo complecti potestis. Attamen cum istem ita vivendum est perinde ac vobis placerent, eosque rebus in omnibus probaretis. Haec una superest via, ut quietem habeatis, ac pace fruamini. Sapientes homines cum id genus mortalibus se se conformare norunt, quin ullam nominis iacturam patiantur. Vel omnino vivendum est seorsum ab hominibus, vel speranda est hæc difficultas, quæ in pravis aliorum ingeniis referendis occurrit. Idem.

Varia ingenia, quae diffi- cile, ac molestem efficiunt cum mu- do commercium.

Ad omnia amorem conciliandum nosmet omnia ingenia ac commodare debemus.

Ut quieti vivamus ac fruamus pace, alieno nosmet conformare debemus ingenio.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti Systemata.

Cum plurimi nullo in discrimine habeant Indulgentias, seu quod eorum pretium ignorant, seu quod vix persuadere sibi possunt Deum ita benignum, ac liberalem esse, quantum Indulgentiæ ac libere esse, quantum operæ pretium mihi videatur perspicue id explicare, quod ad Indulgentiarum veritatem, & usum perit. Hoc autem ostendendum suspicio triplicem hanc veritatem exponens, ubi quiddam hoc in argumentum aliquid est momenti, continetur. Prima est; Salvatore cuius infinita sunt merita, Ecclesie re-liquisse thesaurum satisfactionum uberem adeo, & affluentem, ut abunde suppetat, unde peccatorum totius mundi satisfactionibus suppleere valeat, quantumvis enormia eorum crimina extiterint. Altera est, Jesu Christi Vicarium thesauri hujus clavem habentem, ejusque dispensatorem ita nobis applicare posse Jesu Christi satisfactiones, ut ad extremum usque quadrante ad diffusio possint, quæ divinae justitiæ debemus. Tertia est, preces, vel opera bona a sancto Patre præscripta, esse necessariae dispositiones, & conditiones, quæ ad has lucrandas Indulgentias requiruntur.

Prima adeo perspicua est, ut nullis indigere videatur argumentis. Memoria satis est repetere, cum Sanguis Jesu Christi vere sit Dei Sanguis, unquamlibet illius guttam infiniti esse pretii, propter unionem, quam habet cum persona Verbi, ideoque unicam ad totum mundum redimendum sufficere fuisse. Cum ergo ille totum effuderit, nequaquam æquum est, ut magnus hic meritorum, & satisfactionum thesaurus, quem nobis comparavit, & qui tanto illi ferit pretio, inutilis sit. Restat ergo in Ecclesia, & quæ infinitus est, omnia omnium peccatorum peccata illum exhaurire non valent. Haec una sufficit ratio, & demonstrativa est. Hoc tamen non prohibet quominus in divitiarum thesaurum hunc componentium additamentum passionum, & satisfactionum Deiparæ Virginis, Martyrum, Sanctorumque omnium, qui divinæ justitiæ plus polvererunt, quam eadem deberent, accedant, & quominus hoc ipsum auctarium applicari valeat nostrarum satisfactionum defectui in supplementum. Hoc autem scite amplificandum est, ac in lucem suam proferendum.

Ad alteram veritatem confirmandam paulo major difficultas invenitur: probandum enim est Jesu Christi Vicarium ab eodem Jesu Christo potestatem accepisse fidelibus thesaurum hunc distribuendi, eoque ideo ab omni pena, etiam temporalis, quæ eorum peccatis debita est, liberandi. Haec autem veritas probari potest, 1. ex potestate, quam Dei Filius contulit sibi Petro, atque in ejus persona omnibus successoribus illius, cum dixit: Tibi dabo claves Regni Cælorum; quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cælis; quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis. 2. ex potestate, quam Petrus contulit suis successoribus, cum dixit: Tuus es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Quid est autem Cæli claves habere, nisi illud aperire posse, & auferre quiddam illius aditum obstruit? Quid autem prohibere potest, ne animæ justæ de corporibus egressæ statim ingrediantur illuc, nisi temporalis poena illis luenda? Qui igitur Cæli claves accepit, accepit etiam consequenter potestatem obicem hunc auferendi. 3. Si Filii Dei satisfactiones satis superque virium habent ad scelera nostra expandi; quod abundat, interire non debet, quia ad nos pertinet, nobisque est maxima utilitas. Opus est ergo in terris aliquem esse, qui tamquam fidelis œconomus constitutus sit ad eas prudenter, prout opus fuerit, dispensandas. Sed cuiquam æquius hæc deferri potestas debet, quam illi, cui eandem Saluator ipse contulit? Ita Sancto Petro nequaquam majorem tributum auctoritatem ea, quæ ab eodem Christo Jesu eidem collatam accepimus, &c.

Quoad tertiam a nobis propositam veritatem, videlicet, Supremum Pontificem has concedentem Indulgentias, præsertim vero Jubilæos, quasdam conditiones requirere, atque præscribere preces; bona opera, jejunia, elemosynas, Templorum visitationes pro his, quos habet fides, & quæ sunt rationes, quibus adus hos aperit, distribuitque thesauros, ostendendum, ut horum participes fieri possi-

mus, requiri 1. ut simus in statu gratiæ; ideoque præcipit, tamquam primam conditionem, ut Fideles ad Penitentis Sacramentum accedant, & adorabili Salvatoris corpore se reficiant. Summa diligentia, devotio, atque pietatis sensu ea præstanda sunt, quæ fufius in Bulla notantur, atque ubi hæc perfolvantur officia, eadem habendæ sunt intentiones, quas habet ille, ut unanimi, confliatoque consensu a Deo precibus obtinere conemur, quod ille petit, & flagitat. Finis concioni faciendus est, ostendendo quoniam in pretio tantum hoc boni habendum sit, ac hortandi fideles, ut nihil prætermittant tanto munere perfruituri.

Jubilæus, qui hoc tempore per intervalla pro Ecclesie necessitatibus conceditur, comparari potest cum Jubilæo, qui in veteri lege celeberrimus fuit; ostendendo hunc similia nobis, sed toto celo præstantiora bona conferre. Hæc autem bona in Isaie Prophete verbis continentur dicentis a Deo missum fuisse, 1. ad liberandos captivos, 2. ad debita dissolvenda, 3. ad agrorum hunc curanda; quæ vere ea sunt, quæ annuntiatu nobis procurat Jubilæus; & quibus perfru in nobis est positum.

1. Nobis procurat liberationem, & Ecclesia hæc in occasione suam adhibet potestatem, ut carceres aperiat, inferni quidem, peccatorum culpam remittens per Penitentis Sacramentum, quod eo tempore præcipit tamquam necessariam dispositionem ad lucrandum Jubilæum illis, qui in mortali peccato versantur; purgatorii vero, omnem remittens poenam, cujus debitores sumus divinae justitiæ. 2. Nobis debitorum nostrorum remissio annuntiat; etenim ex inexhausto satisfactionum, atque infinitorum Homini Dei meritorum thesauro deprimunt, unde illa dissolvantur, quin nonnisi modico nobis labore hæc fieri dissolutio. 3. Ibi valida, & præsentissima remedia nanciscimur ad conscientie nostræ vulnera curanda, quæ quidem sunt scelera nostra, atque ad nos impofterum ab istem preservandos.

Cum Jubilæus fidelibus concedatur, ut cum Deo peccator redeat in gratiam, perfectamque cum illo pacem constituat; Concionator hæc in occasione legati nomen, & auctoritatem potest induere, ideoque tria hæc illi obunda sunt munera ad eam pacem præstantia, quam sanare conatur.

Primo media pacis efficiende proponere debet; idque faciat naturam explicans Jubilæi.

Secundo exponere debet causas pacis, & ingentia bona, quæ utrique parti cessura sunt: quo munere persurgat in altero puncto, rationes adferens, quæ ad Jubilæum lucrandum excitare homines debent.

Tertio pacis conditiones debet declarare; quod tertio exequar puncto illa explicans, quæ nobis ad Jubilæum lucrandum imperantur. Ex Sermones P. Textus hujus argumenti in Dominicali Tomo 2.

Concionis hujus argumentum est duo ostendere, IV. de quibus neminem audi funditus loquentem, & quæ nihilo minus maximi momenti mihi videntur. Primum respicit Ecclesie mentem, & potestatem in thesaurorum suorum dispensatione per Indulgentias plesarias, & Jubilæos.

Alterum respicit particulas clausulas, & circumstantias in Pontificum Bullis per lucrando Jubilæo constitutas. In utroque invenitur unde fideles adificari possint, & edoceri. Ex propositione prima Joly hujus argumenti.

In Jubilæo lucrando tanta percipiuntur bona, ut V. nemo fidelis sit, qui 1. sine Dei Misericordia, 2. sine propria ejus utilitate, 3. sine commune Ecclesie bonum spectetur, ad illud lucrandum poterit non invitetur, & urgeatur. Hæc tria possunt esse puncta concionis. Idem propositione secunda.

De dispositionibus ad Jubilæi gratiam recipiendam afferendis, Potissimæ duæ sunt, quæ satis erit proponere tamquam partes totius orationis.

Prima, opus est esse in statu gratiæ; qui enim in statu peccati est, hic frui minime potest his bonis, quæ Jubilæus nobis procurat.

Alter a est, penitentis spiritum habendum esse; nam sine hoc spiritu nulla datur temporalium poenarum remissio: ideoque nullus est Jubilæus. Duo hæc explicanda sunt, ac diligenter enucleanda. Idem propositione tertia.

Quid

INDULGENTIÆ, JUBILÆUS.

Eorum Institutio, Bona qua inde proveniunt &c.

MONITUM.

Argumentum hoc pertractantibus nonnulla præcauenda sunt. Primum Indulgentiarum virtus, & efficacia ita statuenda est, ut Auditoribus præstetur occasio negligendi penitentiam, & satisfactionem, quæ divinae Justitiæ debetur. Alterum, ne eorum potestas ita immutetur, ut illas ad nihilum redigere velle videamur, quod facium nonnulli, qui affirmant, illi tantum inesse debent, quanta severitas inest penitentis, quæ eadem concomitantur. Tertium denique est ingentis hujus muneris, quod nobis conceditur, pretium, & bona, quæ per illud excipiuntur ita cogitare, ut simul ostendantur etiam conditiones eidem inherentes, & in nobis requisitæ; quæ si desint, quantumvis plenarie sint Indulgentiæ, alii quidem eas nullo pacto lucraturus, alii vero non alium inde referunt fructum, nisi qui per eas servatur, ac fidei, quæ eas conditiones adimplent.

Discrimen quod Jubilæum inter, & Indulgentiam, tunc potissimum cum plenaria est, intercedit, cum essentiali non sit, sed in exterioribus dumtaxat circumstantiis consistat, utraq; simul consociabimus; ne enim ista unum & idem sunt. Animadvertendum tantummodo est, cum harum rerum usus primis Ecclesie temporibus fuerit infrequenter, mirum esse non debere, si Patres de illis pauca dixerunt, & si nos paucos eorum locos afferimus: verum supplicimus validis rationibus ex Conciliorum auctoritate, ac celeberrimorum Theologorum sententia desumptis.

PA-

VII. Quid est Jubilæus, & qui fructus inde percipiuntur. Ex parte Dei pax est perfecta, & misericordia superabundantia. Hoc prima in parte videbitis. 2. Quam sunt conditiones ad Jubilæum lucrandum necessariz? Ex parte nostra est sanctitatis, & perfectæ conversionis habendæ obligatio. Hoc in altera parte. Ex *Dictionario Morali Sermone primo de Jubilæo.*

VIII. 1. Jubilæi gratia tanta est, ut satis æstimari non possit felicitas nostra, qui eandem lucrati possumus. 2. Jubilæi gratia quamvis exiguo fiet labore, non tamen ita facile, ut existimatur, illam assequimur. *Idem Sermone primo pro Jubilæi conclusione.*

IX. Cum Jubilæus, quem nobis offert Ecclesia, ratio sit popularis omnes ad penitentiam invitandi, quæ ex se non gravis, acerbaque est:

1. Obstant prior in puncto, quomodo illius austeritas per Jubilæum imminuatur; ideoque nullam esse exculationem, nullumque prætextum, qui prohibeat quominus divinæ satisfactionis justitiam, cum eius leniendæ via adeo facilis, & efficax nobis aperiat. 2. In altero puncto videbitis, quomodo quidem Deus adeo parum dignatur accipere pro tot peccatorum satisfactione, nobis pro virili aditendum esse ut hoc præstentur ea, qua fieri poterit, diligentia, & fidelitate. Hoc pacto felicem illum efficiemus consensum, de quo loquitur Propheta, divinæ videlicet justitiæ, atque misericordiz: *Miseri cordia, & veritas obviaverunt sibi. Auctor Sermonum in omnia Ethica Christiana. argumenta. Tomo 1. argumentorum particularium.*

Plurimi de Indulgentiis loquuntur ignorantes inæstimabilem thesaurum, qui nobis offertur; illum autem tribus Concionis hujus partibus ostendam, ubi provinciam ingrediendi explicandi:

1. Quid sit Indulgentia, & cuius rei imminatur. 2. Quam faciendâ sit; & quam maxime nobis interit eandem lucrari. 3. Quid ad eam lucrandam, & omnem, quem possumus, fructum percipiendum, requiritur.

XI. De rationibus, quæ nos ad Jubilæum lucrandum debent impellere.

Prima est privata cujuslibet utilitas. Altera est generalis utilitas Ecclesie. Prior illa effectum Jubilæi continet; altera hæc causam ostendit.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, ex quibus hauriri potest copia ad propostas Concionum structuras exornandas.

Sanctus Cyprianus eo in tractatu, quem ad Martyres scripsit, loquitur de libellis, quos illi tradebant Penitentibus, ut habita ratione cruciatuum suorum illis imminuerent austeritas, ac brevius fieret earum penarum remissionibus.

Idem, lib. 3. Epistolarum Epistolis 10. 11. 12. 13. 14. & 15. verba facit de iisdem Indulgentiis, & Canonicarum penarum remissionibus.

Idem, Sermone de lapsis, iterum de eadem re loquitur, & cupit, ne facile, neque omnibus id genus gratia conferatur.

Origenes, de *Exhort. Mart.* ostendit Martyres quodammodo administrare peccatorum remissionem, eorumque martyrium, exemplo illius, quod pertulit Jesus Christus, esse baptismum, quo plurimorum peccata expiuntur. Invenit autem ratione habita passionum, & commendationum eorumdem, remitti consuevit Canonicas penas peccatoribus inflictiis.

Tertullianus libro ad Martyres cap. 1. & libro de pudicitia earundem meminit Indulgentiarum in hoc sensu.

Sanctus Augustinus in *Psal. 50.* ostendit misericordiz, atque justitiæ in Deo concordiam in eo quod remittente Deo noxam, qua læsus fuit, peccator sibi merito poenam infligit per penitentiam; atque Deus ipse admirabili indulgentia satis levem recipit satisfactionem.

Idem hoc ipsum ostendit Tract. 124. in Joann. Primum Concilium Nicænum Canonem 11. postquam pro insignibus quibusdam peccatoribus statuit aliquot annos penitentiz, quorum spatium aliquæ corporales austeritates illis essent exercenda, præcipit, ut possint Episcopi Indulgentia uti, & penitentiz hujus partem imminuere habita ratione illorum, qui zelo, atque fervore illam exercentur.

Concilium Laodicenum Can. 2. & ipsum etiam

Ancyrænan Nicæno vetustius, hoc ipsum præceperunt, quod præstitit etiam aliquot post annos quartum Carthagenense, cui Sanctus Augustinus interfuit.

Præmittito alia Concilia, quæ de Indulgentiis loquuntur, confirmantia potestatem, quam habet Ecclesia eas concedendi, atque earum cum regunt usum, tum ab usum corrigunt. Sed duo jussus de illis verba faciunt, ac præcipiunt, ut tanquam fidei articulus habeantur; videlicet

Concilium generale Lateranense, quod egregias hac de re proposuit regulas, quas post aliquot annos Concilium generale Lugdunense approbavit, & confirmavit.

Concilium Tridentinum *sess. 25. Decreto de Indulgentiis,* præcipit retinendum esse Indulgentiarum usum, ac eos damnat, qui eas inutiles esse contendunt. Et quædammodum partim ex erroribus occasione sacrosancta illa Synodus congregata fuit; non alia, de hac re iussus verba fecit, atque potentem acuti medicinam illi abusus, qui obrepserant, illos ad veterem Ecclesie consuetudinem redigens.

Quædammodum hoc in argumento plura sunt, que inter Catholicos etiam Doctores in utramque partem discipulati consenserunt, eos afferam Theologi, qui mea quidem sententia argumentum hoc extraxerunt, atque explanarunt.

Cajetanus, Opusculo de Indulgentiis, Suarez, de Penitentia, *Disp. 50.*

Maldonatus, *Tom. de Penit. ad cavendum est,* cum enim Auctor hic minus faveat presentis Ecclesie consuetudini, particulares habet hac de sententia, quas Doctores æquis rationibus explodunt. Cardinalis de Lugo doctissime, & juxta presentem Ecclesie consuetudinem argumentum hoc pertractavit.

Bellarminus ea omnia dixisse videtur, quæ dici possunt hoc in argumento, sententiamque suam optimis, validisque rationibus confirmasse.

Cardinalis de Richelieu egregium edidit hujus argumenti Gallico sermone tractatum in Controversiis adversus Hæreticos.

P. Dominicus a Sancta Trinitate ex Carmelitarum Excalceatorum Familia, Tractatum hac de re elaboratus est Romæ editum anno 1650. ubi de his omnibus loquitur, quæ ad hanc pertinent materiam.

Ex Affectibus vero, qui more suo Argumentum hoc pertractarunt, hi sunt præcipui.

Cornelius a Lapide in *Epist. Pauli,* ubi loquitur de Indulgentia, qua S. Paulus usus est cum Corinthio incestuoso.

P. Suffren, volumine secundo Tomi primi Anni Christiani agit de natura, necessitate, & utilitate Jubilæi, atque Indulgentiarum.

P. Auger, Tomo secundo de Charitatis exercitio erga mortuos, *sect. 3.* loquitur de Indulgentiis generaliter.

P. Monford Anglus in libro de Charitate erga delictos cap. 4. loquitur de Indulgentiis, earumque lucrandarum ratione.

Paragogeus Christianus, *cap. 10.*

Liber cui titulus: *Catechismus Indulgentiarum, & Jubilæi ad usum Confessoriorum, & Penitentium.*

Liber, qui inscribitur: *Doctrina Indulgentiarum, & Jubilæi,* edita auctoritate Aginensis Episcopi.

Pallavicinus, *Hist. Conc. Trident. tract. 1. cap. 4.* loquitur de Indulgentiis ab Adriano VI. concessis.

Raynerius de Pisis, Verbo *Indulgentia.*

Hortus Pastorum, *Tract. 5. sect. 2.*

P. Theophilus Renaud, *Tract. de Eucharistia pagina 188.* docet quid differant Indulgentia plenaria, & Jubilæum.

Idem, libro, cui titulus, Heteroclitia Spiritualia, refert, ac refellit quidquid contra Indulgentias obijcitur.

P. Faber, Sermone in feriam tertiam Pentecostes, *Idem, Sermone sexto post Pascha.*

Biraot in separato volumine aliquot continentia sermone de quibusdam anni Dominicis, tres habet de Jubilæo.

Godeau Vencii Episcopus Sermonem habet hujus argumenti.

P. Texier, Tomo secundo Dominic. Sermone ultimo aliis adjecto.

Joly Aginensis Episcopus tres habet de Jubilæo Propositiones; in prima explicat Ecclesie hac in sententiam; in altera adfert rationes, quæ nos debent impellere, ut omnibus viribus illum lucrari

Theologi

Affectus alique.

Concionatores recenter.

contendamus; in tertia vero dispositiones ad illum lucrandum necessarias redigi ad has, ut videlicet firmus in statu gratiz, & penitentiz spiritum habeamus.

In Dictionario Morali duos deinceps occurrunt sermone de Indulgentia, & Jubilæo.

Idem duos alios habet sermones de Jubilæi conclusione.

Idem plurimas habet Morales hujus argumenti animadversiones.

Auctor Sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta, Tomo 1. Sermonum particularium, Sermonem habet hujus argumenti, qui est decimus sextus.

Idem, Sermone sequenti, qui est de Indulgentia Portiuncule, plurima habet ad Indulgentias spectantia.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Scripturarum Applicationes hujus Argumenti.

Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem annis habitatoribus terre tuæ: ipse est enim Jubilæus. *Levit. 25.*

Amplius levi me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Psalm. 50.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Ibidem.

Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me. Psal. 37.

Si iniquitates observaveris Domine; Domine quis sustinebit? Psalm. 129.

Miserericordiam & judicium cantabo tibi Domine. Psalm. 100.

Non defrauderis a die bono, & particula boni doni non te pretereat. Eccl. 14.

Diem pro anno dedi tibi. Ezech. 4.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Isaie 12.

Dissolve colligationes impietatis; solve vincula colli tui captiva filia Sion. Idem, 52.

Spiritus Domini misit me, ut mederer contriti corde, & prædicarem captivis indulgentiam. Idem, 61.

Dabo tibi claves regni Cælorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cælis. Matth. 16.

Ece nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. ad Corinth. 6.

Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiat. At enim: Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ibid.

Dixenit mihi credita est. 1. ad Corinth. 9.

Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, Ad Coloss. 1.

Cui aliquid donasti, & ego; nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi. 2. ad Cor. 2.

Data est mihi gratia evangelizare investigabiles divitias Christi. Ad Ephel. 3.

Deus, qui dives est in misericordia, ut ostenderet in supervenientibus sæculis abundantes divitias gratiæ suæ. Ad Ephel. 2.

Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Ad Hebr. 10.

Copiola apud cum redemptio. Psalm. 129.

Pro Christo legatione fungimur. . . Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. 3. ad Cor. 6.

Veteris, Novique Testamenti Exempla, & Figure.

Jubilæus apud Judæos solemnis erat Festivitas, quæ in Bibliis modo gratiz, atque propitiatio-nis tempus, modo indulgentiz, & remissionis an-nus vocatur. Itaque clangentibus buccinis populo annunciabatur, & mox cum pompa, insolitoque apparatu celebrabatur, postquam singulares gratiz, quæ in eodem concedebantur, effecerant, ut diu expectaretur, publicice populi totius votis præver-teretur, ubi felix hic annus advenit carceres omnes aperiebantur, debita omnia dimittebantur, omnia remittebantur scelera, acceptæ injuriæ obli-vioni tradebantur, hæreditates omnes, quæ distra-ctæ fuerant, ad primos earum possessores reverten-tur, & quilibet bonorum suorum iterum possessio-nem adeptus, totum annum illum in pace transi-
Houdry Bibl. Tom. II.

gebat. . . Cum, uti Apostolus docet, in lege ve-teri omnia in figura coningerent, affirmare possumus hoc tempus adeo propitium reis, & huic in-dulgentiz, atque remissionis annum esse umbram, & figuram Jubilæi, quem Ecclesia per interfectos annos identidem nobis annunciat; quo peccatorum nostrorum vincula infringuntur; qui jampridem ful-turpi affectum suorum servitute gemebant, beata Libertate fruuntur; omnibus debitis nullis remissis, nostrum est gratiam recipere, ac illud rursum acquirere jus, quod ad Cæli hæreditatem habuimus.

Quid moramini, dicebat olim Sanctus Patriarcha Jacob filiis suis, quid moramini? Fruget in Ægypto veneunt, & noctis ad quam rerum omnium optiam clariorum annorum sterilitas nos redegit; cur non festinatim hac usuri occasione? Celeriter pergit empturi, quæ ad viduum sunt necessaria, ne fame intereamus: *Descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus vivere, & non consumamur superbia. Hæc hodierna die la melius habent; non suscipienda sunt vobis molestissima de Canaanitide in Ægyptum itinere: non est in barbaras regiones migrandum, neque longæ, ac periculosa ingrediendæ viæ, ut ex spirituali egestate, in qua sumus, emer-gamus. Patent heres Patrifamilias; Joseph aman-tissimus gratis offert, quidquid pro nobis concessit: Omnes stientes venite ad aquas; & qui non habetis argenti, prostrate, emite, & comedite. Venite in infinitis meritis ejus, & affluentiis Sanctorum ejus-dem satisfactionibus quæsituri, unde debita dissol-vatis, o vos omnes, qui iisdem obruti estis, & qui-bus per vosmet solos satisfacere non potestis.*

Indulgentiz, quæ pro optimo plenarie vocari possunt, quas Dei Filius in mortali hac vita indigui-bus quibusdam peccatoribus concessit, probant eas, quas Ecclesia, ejusque Ministri, quibus hæc ille contulit potestatem, modo fidelibus acquiritur ob-causâ concedunt. Plurima hujus rei nobis (supple-tur in Evangelio exempla. Ad Jesu Christi pedes pro-volutam intueor peccatricem temporis momento peccatorum omnium & simul etiam, quod ambige-re nefas, quoniam peccatorum illi debitarum veniam obtinentem: *Remittuntur ei peccata multa.* Video Paraliticum, vix quatuor hominum valentium hu-meris gestatum in lecto, qui cum non posset ad Je-sum accedere magna populi confluentis turba stipu-rum, neque domum ingredi, quo fe ille receperat, de-recto domus culmine ianibus ad Salvatoris pedes demittitur. Jesus autem ejus fidem intuitus, dixit Paralitico: *Confide fili; remittuntur tibi peccata tua.* Nullam eidem penitentiam imponit, sed largissima utitur indulgentia. Neque minus indulgentiam se præbet erga mulierem adulteram: *Mulier nemo te condemnavit? Nec ego te condemnabo.* Sed indulgentia, quæ erga bonum latronem utitur, supra cæteras ariet; etenim quin aliam ex eo satisfactionem deposceret, illum de cruce, quam sceleribus suis meritis fuerat, ad locum pacis, ubi ipse quoque ead- dem die esse debebat, spicium sibi tradidit. Hæ gra-tiz sunt, atque indulgentiz, quæ satis ostendunt il-lum tamquam supremum Domjnium aliquid de jure suo remittere, & non peccata solum, verum etiam omnem debitam peccatis poenam dimittere potuisse. Quid ergo obstat, ne ille Ecclesie suæ hanc potes-tatem contulerit illis in occasionibus, in quibus glori-æ ipsius, & peccatorum salus agitur?

Ipsis etiam Apostolorum temporibus maximum accidit inter Fideles Corinthi scandalum. Quidam enim ex illis abusus est uxore patris sui; quod cum S. Paulus audisset, illum in Jesu Christi auctoritate damnavit, *tradere hujusmodi satane in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini;* præce-pitque ne illi fideles cum eodem ultra confue-scant. Peccator hic correctionem, inpositamque sibi poenam subito tanto sceleris sui dolore confectus, ut illius miseri fideles, pro eodem apud Sanctum Pau-lum precibus laboraverint, ut cum illo illi vellet indulgentia. Apostolus autem, & fidelium charita-tem, & gravissimum penitentis dolorem confide-rans, petitam concessit indulgentiam in nomine, ac persona Jesu Christi ne ille immodice tristitiæ excessu conficeretur. Inmo deinceps tanta illum excepit benevolentia, ut non satis tanta illatam au-ferre excommunicationem, pro eodem ad Corinthi Fideles his verbis scriberet: *Sufficit illi, qui ejus-modi est, oburgatio hæc, que fit a pluribus: Ita ut e contrario magis donetis, & consolamini, ne forte ab-undantiori tristitia abscindatur, qui ejusmodi est. Hæc autem gratia, quam Paulus peccatori penitentiam*

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

scribitur

Indulgentia, quæ S. Joannes Evangelista vult esse erga hominem Apollinam.

agenti concessit, peccata impositam remittens; illud proprie est, quod nos dicimus indulgentiam.

Nemo unus ignorat juvenem illum, quem Sanctus Joannes de exilio suo, quod in insula Pathmos fuerat perpeffus, converterat, atque commendaverat Episcopo, qui iustitiam aquis illum abluerat. Adolefcens ille voluptatibus pravifque sodalibus illectus sensim in vitia fuerat prolapsus ita ut tandem latronum caput evaserit. Sanctus Apollolus eam reversus in urbem, ubi Catechumenum reliquerat, ubi audivit, quid contigisset, ad ovem, quæ perierat, inquirendam festinavit; quem statim videns perditus adolefcens, adspicentem illum sustinere non valens fugam corripuit; sed illum periecutus est Apollolus elata voce clamans: Fili, cur fugis? nondum actum est de salute tua; ego Deo pro te reddam rationem. Hicce vocibus perculsus terrore adolefcens oblituit, lecyraque effundens amplexus est sanctissimum senem, qui discipulum ad Ecclesiam perduxit, ubi cum pro illo deprecatus fuisset, & aliquot diebus jejunasset, eundem Ecclesie restituit quin ullam eidem imponeret penitentiam, qualem seclera illius merebantur. Talis fuit Sancti Joannis indulgentia. Hoc narrat Eusebius in Historia Ecclesiastica tamquam ex libro S. Clementis Alexandrini descriptum.

Ubi tacitus mecum reputo integram perfectamque gratiam, quæ in Jubilæo percipitur, videre mihi videor amantissimum Evangelii Patrem, qui eminus redeuntem proficiens prodigum filium, obvius illi occurrit, in collum ejus ruit, illi osculum pacis dedit, dixitque famulus suis: Proferite cito solum primam. Proferate, afferte, mihi tanquam, qua antea induebatur; oblivifcor eorum, quæ in me ausus est; noni remifcor injuriam, quibus mihi parere detrectavi: possent, quamquam peccatum remitto, gravissimum illum dampnare supplicii, sed peccatum simul, poenamque dimitto. Veni, fillum, omnes tibi amoris, paternæque benevolentie notas tibi præbere volo: en tibi solum primam, quasi nunquam illam commaculasset; omnia tibi reddo tua jura, & agnosce me parentem omnium optimam.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic Argumento.

Ecce nunc tempus acceptabile. 1. ad Corinth. 6. Ecce tempus propitium, ecce magni Jubilæi annus, qui aliquam habet cum Jubilæo similitudinem, sed qui nobis toto celo utilis est, quam olim illi populo foret. In hęc veteri Jubilæi annus clangeñte buccina annunciabatur; in nova autem Apostolica vocis tono promulgatur. Olim hoc anno temporalia debita remittebantur, nunc vero spiritualia remittuntur. Olim hæreditatum, quæ venundate fuerant, iterum acquirere potest; hodie vero perstruimur bonorum operum fructu, quæ peccatum mortificaverat. Olim qui a patria procul aberant, Jerosolimam confluebant, ut Domino in Templo laudes concinerent; hodie congregamur in Templis eum laudaturi, humilifque gratiarum actiones obtaturi. Olim omnia servilia agriculturæ cessabant opera, hodie vero inordinata qualibet tenentium rerum cura cessare debet.

Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Matth. 18. Dicimus Jubilæum esse remissionem totius poenæ, quæ nobis in altera vita piacularibus flammis, vel in hac etiam luenda fuisset. Præterea dicimus remissionem hanc fieri, quia Dei justitia illum detrimentum patitur; quia peccator gre suo constata debita non dissolvit; neque enim illa dissolvit vel jejunii, vel precibus, vel elemosinis, quas erogare jubemur; hæc quippe non aliud sunt nisi conditiones ad Jubilæi gratiam promerendam: sed ipsa satisfactio ex Jesu Christi satisfactio-nibus defamitur, & ex thesauro meritorum ejus mutuamur, unde debita dissolvamus: Erat solutum & in caelis. Deus sibi perfolutum arbitrat, suæque iustitiam justitiam, debitumque delet.

Omnes sitentes venite ad aquas; & qui non habentis argentum, proparate, emite, & comedite. Isaie 55. Quam dulcis, & accepta hæc est invitatio! Ita tamen hoc sancto Jubilæi tempore vos Deus invitat. Vos ille invitat, ut ad gratie sue aquas accedatis; vos hortatur, sollicitat, urget, ut ematis ea, quibus maxime indigetis, ut comedatis, famemque vestram satietis. Quemadmodum vero causari possent vel egestatem, vel commercii ignorantiam, vos ipsos dignatur prævertere dicens, le aliter

Deus invitatus, ut hoc tempore gratias ipsam, quibus maxime indigetis, ut comedatis, famemque vestram satietis.

vobis collaturum lac, & vinum gratie sue sine argento, & sine ulla commutatione. O Deus! quam liberatis es, & misericors! quam magnificus in gratiarum tuarum distributione! Ipse protecto, o Fideles, gratias suas plenis effundit manibus, tempore hoc remissionis, atque salutis: fitis, ac interior justitie fames, humilis miserie, ac spiritualis paupertatis confessio, verum inde emergendi desiderium, atque divitiis comparandi, & seipos salvandi cupiditas, ille sunt conditiones, quas petiti, ut sine pecunia ematis, & recipiatis sine commutatione quidquid in bonitatis sue thesauro est pretiosissimum.

Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia. Ad Rom. 5. Quemadmodum in nobis fortasse abundavit delictum, ita pariter hoc tempore gratia superabundat. Et sane quoniam gratie superabundantia illa est, qua non peccati tantum conceditur venia, verum etiam peccato debite poenæ temporales remittuntur? Quoniam gratie superabundantia, qua non solum absolvi declarantur, sed ubi etiam numeribus, & donis cumulatur? Quoniam gratie superabundantia, ubi non solum non vocatur amplius nocentia, & in aliis, sed sceleribus nostris debita remittuntur supplicia, ut Regnum, & filiorum hereditas nobis conferatur?

Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Regius Propheta Judois alloquens ad eorum confusioem, omnemque illi excusationem auferendam hæc ait: Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Quidam hunc locum ita explicant, quasi contemptus, ac fastidiosum terram illam excepissent, quæ omnibus votis erat expectanda; sed alii alium his verbis sensum appingunt. Desum videlicet pro nihilo conferre cœlum, quo omnia vota nostra contendere debent; atque exiguo pretio comparare possimus, ita ut pro nihilo illud obtinere valeamus: Pro nihilo habuerunt. Et profecto recipere poenam omnium peccato debitam remissionem, in Cœlum ingredi tanta facilitate, quanta puer ex iustitibus aquis emergens, quanta poenitentiam postquam omni poenitentie sue ad ultimum usque quadrantem satisfecit, quanta Martyr, qui pro Deo vitam, sanguinemque effudit; hanc remissionem recipere, & post aliquot preces, jejunia, mortificationes, elemosinas, ut infra explicabimus, Cœlum ingredi, nonne est pro nihilo maximum hoc consequi beneficium? Videtur quædam vulnera sua ad cicatricem redidisse, omniaque peccatorum debita adeo modico pretio delata, nonne est pro nihilo gratiarum omnium maximam obtinere?

Totum hominem sanum feci in Sabbato. Jo. 7. Hoc Judois Salvator dicebat, egre ferentibus, quod Sabbato egrotantes curaret. Cum aliis Medicis tantum periret, vel felicitatis, ut ex egrotum eurent, illum successivè tantummodo curant, atque paulatim, quamobrem diu solet morbos repente irruere, at pedetentim abire. Sed Filius Dei non solum repente, verum etiam Jubilæi tempore totum simul hominem curat: Totum hominem sanum feci in Sabbato. Homo totus curatur hęc diebus misericordie, & bonitatis Dei: non culpa tantum, eternaque illi poena, sed temporalis quoque poena remittitur.

PARAGRAPHUS IV.

Lois, & Sententia Sanctorum Patrum, hujus Argumenti.

Qui libellum supplicantium a Martyribus accipiunt, adjuvati apud Dominum in delictis suis possunt. Cyprian, lib. 3. Epist. 14.

Potest in acceptum referri, quidquid pro talibus (Paenitentibus) petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes. Idem, Serm. de lapsis.

Quid tam gratum, tamque secundum, quam peccatoribus predicare Indulgentiam? Ambros. Comment. in 1. ad Timoth.

Comus in cœtum & congregationem, ut ad Deum, quasi manu sua precativibus misericordiam amantissimi orantes: hæc Deo grata vis est. Tertull. Apolog. cap. 29.

Facilitas venie incertivum præbet delinquendi. Ambrosius.

Omnis iniquitas, parva magnæ sit, puniatur necesse est, aut ab homine poenitente, aut a Deo vindicante. August. in Psalm. 58.

Temporariet hominem detinet poena, quem jam ad damnationem eternam non detinet culpa. Idem, tract. 124. in Joann.

Consensit ignoscit, (Deus) sed seipsum poenitentia.

In Jubilæo recipitur gratie superabundantia, in quo supra.

Per Jubilæum modo, & quasi nullum in cœlo, ut in quo supra.

Quomodo Jubilæus amix morbos periculis certæ quoque culpa, & quod peccatum.

Indulgentia, de qua hic agitur, est temporalis poenæ concessio, postquam culpa, ac eterna poena per Sacramentum, vel aliter nobis remissa fuerunt. De definitione hanc omnes tradunt Theologi, qui hoc argumentum pertractant. Indulgentia vocatur remissio poenæ peccatis nostris debita, non autem culpa vel delicti, quod Divina Majestas læsa fuit; peccatum enim quoad culpam remitti non potest nisi per illius retractationem, quam peccator facit per dolorem, quem inde concipit, & per absolutionem Ministræ Poenitentie, postquam peccator seipsum accusaverit, omniaque delicta sua integre, sincerèque fuerit confessus. Hæc remissio poenæ peccatis debita extra Sacramentum conferri, quia per aliam potestatem, atque jurisdictionem indulgentia conceditur, quæ peccatorem cum Deo in gratiam jam redidisse præsupponit. Denique Indulgentia vocatur modo remissio, vel relaxatio juris, quod divina habet Justitia exigendi poenam hanc postquam soluta remissa fuerit; modo condonato, dispensatio, solutio debiti juris, & nonnunquam etiam absolutio. Pontifices, Doctoresque promissive hęc utuntur nominibus, ut innuant per Indulgentiam, quæ plenaria est, nos ab omni poena liberari, cujus eramus Divinæ Justitiæ debitores.

Quid sit Jubilæus, & quæ in re differat ab Indulgentia.

Quisam rei innotuit potestas concessa indulgentiarum, & Jubilæo.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia penæ ad hoc argumentum desumptum queat.

Indulgentia, de qua hic agitur, est temporalis poenæ concessio, postquam culpa, ac eterna poena per Sacramentum, vel aliter nobis remissa fuerunt. De definitione hanc omnes tradunt Theologi, qui hoc argumentum pertractant. Indulgentia vocatur remissio poenæ peccatis nostris debita, non autem culpa vel delicti, quod Divina Majestas læsa fuit; peccatum enim quoad culpam remitti non potest nisi per illius retractationem, quam peccator facit per dolorem, quem inde concipit, & per absolutionem Ministræ Poenitentie, postquam peccator seipsum accusaverit, omniaque delicta sua integre, sincerèque fuerit confessus. Hæc remissio poenæ peccatis debita extra Sacramentum conferri, quia per aliam potestatem, atque jurisdictionem indulgentia conceditur, quæ peccatorem cum Deo in gratiam jam redidisse præsupponit. Denique Indulgentia vocatur modo remissio, vel relaxatio juris, quod divina habet Justitia exigendi poenam hanc postquam soluta remissa fuerit; modo condonato, dispensatio, solutio debiti juris, & nonnunquam etiam absolutio. Pontifices, Doctoresque promissive hęc utuntur nominibus, ut innuant per Indulgentiam, quæ plenaria est, nos ab omni poena liberari, cujus eramus Divinæ Justitiæ debitores.

Jubilæus infusa est Indulgentia, ubi remissioni temporalis poenæ nostris criminibus debita plura accedunt bona, quæ in plenariis Indulgentiis non conceduntur. Hinc autem sequitur; 1. quoad rei essentiam Jubilæum, & plenariam Indulgentiam unum, & idem esse, & utriusque differens in quibusdam circumstantiis tantummodo positum esse. 2. Vere dici Jubilæum præstantius, majusque beneficium esse, quam plenariam Indulgentiam. Primum in causa, quia est pro bono generali, totique Ecclesie communi; Secundo in extensione, quia universè omnibus fidelibus tribuitur; Tertio in privilegiis, qualia sunt facultas eligendi quemcumque Confessarium approbatum, potestas culitibus Confessario collata absolutæ reservatis, atque censuris, facultas permittendi vota, duobus dumtaxat casibus videlicet, & religionis exceptis, aliaque privilegia, quæ exprimuntur in Bullis. Cætera vero cum sint Indulgentiæ plenariæ, & Jubilæo communia, ea quæ docet Theologia, promissive de utroque sunt intelligenda.

Potestas, quam Dei Filius Ecclesie suæ tradidit ea in re, de qua agimus, ad duo capita redigitur: videlicet ad potestatem ligandi, & retinendi; & ad potestatem solvendi, ac remittendi. Quæ hæc potestas, quæ hic præsupponenda sunt tamquam perhibens exercitum, Ecclesia ligare potest, & solvere, remittere, & retinere cum quoad culpam, tum quoad poenam. Solvit, atque remittit, cum absolute-nem impertit; ligat, & retinet, cum sapienter discretionem absolute-nem vel detradat, vel differit illis, quos eidem minime pares judicaverit; hoc per Hæudry Bibl. Tom. II.

Ita servatur misericordia & veritas: misericordia, quia homo liberatur; veritas, quia peccatum puniatur. Idem, in Psalm. 50. Deus indignas poenitentia satisfactions despiciit. Cyprian.

Hæc annuum vere sanctum, primus in mundo annunciativus ipse vixit & saluti nostræ. Actus Jesus Christus, Filius Dei. Clemens VIII. in Bulla Jubilæi.

Sancta Synodus declarat falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum, eam a Domino nunquam remitti, quin univèrsa eam poena condemnetur. Conc. Trident. sess. 14. cap. 8.

Potestas conferendi Indulgentias a Christo Ecclesie concessa est; atque hujusmodi potestas antiquissimis etiam temporibus usa est. Idem, sess. 25. in Decreto de Indulgent.

Sacro-sancta Synodus Indulgentiarum usum populo maxime salutarem, retinendum esse docet, ac præcipit; coque anathemate damnat, qui inutiles asserunt, aut eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. Ibid.

Quem quidem thesaurum, Christus per B. Petrum ejusque successores commissis fidelibus salubriter dispensandum. Clemens VI. in Extrav. de poenitentis & remissionibus.

tinet ad culpam. Quod autem ad poenam spectat, Ecclesie jus habet legitimissimas imponendi poenas pro peccatorum numero, & gravitate; & jus quoque habet illas temperandi, relaxandi, & prudenter remittendi. Hæc Ecclesie tum quoad culpam, tum quoad poenam potestas æque in Scriptura, & Traditione liquido constat. Hæc illa duplex est potestas, quam cum primis fidelibus exercebat Ecclesie; quæ peccatoribus contritis, atque poenitentibus non solum peccati culpam, verum etiam magnam poenam, quas afflixerat, & quæ Canonice appellatur, partem remittebat, ubi hoc e re futuram putabat, neque sine æquissimis causis. Hoc est fundamentum Indulgentiarum, & unde illæ originem acceperunt. Sed cum fidei articulus sit, post peccatum, quoad culpam dimissum, Dei justitiam adhuc in hac, vel in altera vita satisfactionem repetere; quæstio est etiam inter Catholicos, utrum Ecclesia per eam, quam concedit Indulgentiam, remittat, vel habeat potestatem remittendi non eas solum, quæ ipsa poenas imponit, verum eas etiam, quæ singulis debentur sceleribus, & quas Deus unus agnovit; ita ut omnia esse per Indulgentiam plenariam Divinæ justitiæ debita polverantur. In hoc tota veritas consistit.

Cum remissio poenarum, quæ criminibus nostris debentur, fiat per applicationem, & communicationem thesauro Ecclesie, Theologi per hunc thesaurum intelligunt superabundantes satisfactions, quas obtulit Jesus Christus Deo Patri pro mortalium omnium peccatis; eas etiam Beatissime Virginis, Apostolorum, Martyrum, omniumque fidelium, qui per cruciatum suorum cum Domini poenis unionem plura passi sunt, quæ ipsorum peccata merita fuerant. Quod pertinet ad superabundantes Jesu Christi satisfactions, in dubium revocari non possunt; Salvator enim cum Deus simul esset, & Homo, satisfactions ejus, quarum dispensationem Ecclesie suæ credit, infinite sunt, & inexhaustæ; & neque Providentiæ, neque Bonitatis Dei interest, inutilem hanc superabundantiam permanere. Gloria Dei Mater, cum nulli fuerit criminis obnoxia, propriis sane satisfactions minime indiget. Sanctorum vero satisfactions quantumvis superabundantes fuerint plurimorum habita ratione, licet toto celo minores fuerint satisfactions Jesu Christi, attamen ipsæ quoque hunc thesaurum adaugent. Etenim si secundum sanioris Theologice principia eadem opera bona simul esse possunt & meritoria, & satisfactoria; accidit etiam, ut non solum profint saluti, & gloriæ operantis illa, sed etiam ut aliis utilis esse queant, qui, per secretam Divinæ Misericordie œconomiam illum fructum percipere valent, ubi fuerint superabundans. Non secus enim ac in naturali unionem mutuis sese juvant auxiliis; ita Militans Ecclesia Triumphanti conjuncta, & cum illa unum dumtaxat corpus efficiens, cur ab eadem in gravissimis necessitatibus opem, & subsidium non percipiat? Et ut cum Sancto Paulo loquar, cur aliter affluente paupertati non suppleat alterius? Nonandum est tamen, cum dicimus Sanctorum satisfactions in Ecclesie thesauro inferri, & ad indulgentiam, atque temporis poenæ remissionem concurrere, supponi semper, hæc nihil conferre, nisi quatenus cautas particulares, & descendentes; cum interim satisfactions Jesu Christi illius causæ sint principes, & universales, ex quibus omnes Sanctorum satisfactions virtutem suam mutuatur. Quamobrem commixtio earum nulla in re derogat satisfactioni, & passionibus Filii Dei; qui semper unus est nobis Redemptor. Neque dixerit, cum Salvatoris satisfactions infinite sint, illas Desipere Virginis, Sanctorumque inutiles esse: si enim gloriosum est Jesu Christo pro seipsum Patri suo satisfacere, gloriosum quoque est satisfacere per membra sua, & per Sanctos, quos in honoris hujus societatem accedere dignatus est.

Non pretermittenda hic est S. Thomæ Doctrina asserentis Communitatis bona private esse distribuenda secundum voluntatem, atque auctoritatem suam hunc illius, qui præst communitat. At statum Supremum Pontificem esse caput spirituale Orbis Christiani, atque Ecclesie præfite; ad hunc igitur pertinet horum thesaurorum distributio, hocque dispensat cum ob æquissimas causas Salvatoris, Sanctorumque satisfactions applicat in solatum fidelium, illis aditum aperiens lucranda Indulgentias, & Jubilæos, videlicet recipiendi relaxationem debito-rum, quæ suis constarunt criminibus. Ut huic

Quid sit Ecclesie thesaurus, & quo de-promatur Indulgentia.

Cujus in-terdit thesauri hunc distributio, & Indulgentias conferre. p. 76. 77. 78. 79.

doctrinæ lumen accedat, memoria repetendum est, thesaurum hunc, unde hauriuntur Indulgentiæ, Ecclesiæ fuisse conceditum; cumque sit fructus laborum, ac meritorium Domini, ab eo proficisci, illum ejusdem auctorem esse, atque per seipsum concessisse; sed per manus Ministrorum suorum, & eorum, qui ipsius vices gerunt, quos Sanctus Paulus Mysteriorum ipsius dispensatores appellat, distribuere, atque applicare. Quemadmodum vero Salvatoris merita ad hæc duo præstanda sint efficacia, videlicet ad peccati culpam delendam, & ad poenam illius expiandam; ita duplex est, eaque varia applicatio pro hoc duplici effectu. Ad culpam delendam, & hæc Domini Sanguinis applicationem efficiendam, quilibet Sacerdos legitimus est Minister, dummodo habeat intentionem, applicationem, & necessariam ministerio huic peragendo jurisdictionem; sed extraordinaria Sanguinis, & Meritorum Jesu Christi pro peccatorum, & quoad culpam, & quoad poenam remissionem, applicatio Jesu Christo tradita fuit Ecclesiæ, & relicta in manibus Episcoporum pro particularibus, finitque Indulgentiis; ac majori cum auctoritate relicta in manibus Summi Pontificis pro plenariis Indulgentiis, & Jubilæis. Et hæc una est ex facultatibus ejus auctoritatis, quam Salvator contulit Petro, ubi huic Cælorum claves commisit; etenim conferens illi potestatem aperiendi Cælum, simul etiam tradidit illi dispensationem eorum subsidiorum, quæ illuc adducunt, & potestatem obices auferendi, qui aditum ejusdem impediunt. Hæc vero causa est, propter quam ordinaria potestas absolventi a peccatis differt ab extraordinaria poenas remittendi, necesse enim est ut prior illa pluribus communicetur; sed ejus elargiendi Indulgentiam quam saltem plenariæ sunt, atque generales, Supremus Pontifex uni sibi reservare consuevit.

Deus S. Petro, ejusque successoribus tradidit Cæli claves cum plena ligandi, solvendi super terram potestate. De hac re dubitari non potest: hæc enim explicita sunt verba Salvatoris: *Tibi dabo claves Regni Cælorum: & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cælis.* Igitur qui Cæli claves accepit, ut illud aperiret, & clauderet, consequenter accepit etiam potestatem auferendi quidquid aditum intercludit, & quod impedire potest animam a fine mortis corporis solutam vinculis, ne statim ac jure illuc ingrediatur: hæc sane illationem nemo rationabiliter potest inficari. Quid autem aditum intercludere, vel retardare potest introitum, cum Cæli janua patet; nisi poenæ, quæ perferendæ sunt, & quæ sunt divinæ justitiæ perfolvendæ? Cumque certissime confet, nisi hæc in vita divinæ fecerimus satis justitiæ, illam in altera poenâ majori cum severitate expetituram; nonne sequitur, Ecclesiam in Sancti Petri persona, qui illius constitutus est visibile caput, cum clavibus Cæli receptis potestatem remittendi poenas has, quæ ad tempus aditum nobis intercludunt? Ex potestate solvendi omnes temporales poenas cum illas, quas pro peccatorum nostrorum satisfactione nobis imponit Ecclesia, tum illas, quas ob parata scelera meriti sumus, & quæ uni Deo cognitæ sunt; tum denique illas, quæ in Purgatorio nobis essent perferendæ, si ex hac vita egrederemur, antequam integre illis satisfecissemus: *Quidquid solveris super terram, erit solutum & in Cælis.* Dei Filius nihil excipit, sive peccatum sit non remissum, sive poenâ peccati jam remissa; omnia generatim hoc verbo continentur: *Quidquid solveris.* Adde his, mirum futurum fuisse, si Salvator Sancto Petro, Ecclesieque sue adeo amplam consulisset potestatem remittendi culpam scelorum gravitate, & numero etiam infinitorum, quæ prolixius divina potestas est, ac Dei propria, (*Quis est, qui peccata dimittit, nisi solus Deus?*) ei vero negasset facultatem, quæ longe minor est, remittendi videlicet poenas his debitas peccatis.

Ad hæc Doctrinam illustrandam, & judicium de illius soliditate ferendum nobis persuasum esse debet de quibusdam veritatibus, quæ in hoc argumento fundamentales possunt nuncupari. Prima est, in peccato quolibet, seu veniale sit, seu mortale, duo esse distinguenda, culpam videlicet, & poenam. Culpæ est injuria facta Deo; poenâ vero injuriæ hujus effectus; quod satis patet, quin ulteriori opus sit explicatione. Altera, quæ nihil minus est constans, est culpam sepe remitti, poenam vero æter-

nam immutari in temporalem, quæ post dimissum peccatum adhuc permanet; plurima hujus rei nobis suppetunt in Scripturis exempla, quorum nonnulla a nobis jam alata fuerunt. Tertia est poenam, quæ post remissam remanet culpam, Divinæ justitiæ necessario perfolvendam esse vel in hac, vel in altera vita; sed longe utilius esse in hoc mundo satisfacere se pro voluntariis poenitentiam, seu æquo animo, libentique patienter ferendo corporis, animique adversitates, & calamitates omnes, quas divina nobis immitit providentia. Quarta veritas est, poenam, vel satisfactionem divinæ debitam justitiæ postquam noxa remissa est, triplici ratione in hac vita leniri; primo per poenitentiam, quam imponunt Confessarii, quæ addita Sacramento, cujus est pars, prolixius peculiariem ad finem hunc habet virtutem; secundo per poenitentiam, & satisfactionem, quas peccator, vel alius quilibet facere, & offerre Deo potest pro illo ad finem eundem; tertio per Indulgentias, per quas infinitæ Jesu Christi, & superabundantes Sanctorum satisfactiones nobis applicatur. Quinta denique, & postrema veritas fundamentalis est, indulgentiam, & remissionem poenæ peccato debite, quæ fit per applicationem Passionum Domini, depromi ex thesauro meritorum illius, quem Ecclesiæ reliquit ad fideliùm utilitatem, & cujus depositarium Summum Pontificem voluit. Hæc veritates tanquam in dubium nequaquam revocandæ supponendæ sunt, quæ si rite fuerint conceptæ, facile erit explicare naturam, virtutem, vim, & potestatem Indulgentiæ, & Jubilæi, ac deinde omnes solvere difficultates, quæ hoc in argumento obijci consueverunt.

Quantumvis magna sit, lateque pateat potestas a Deo summi collata Pontificibus concedendi Fidelibus Indulgentias, & Jubilæos; credendum non est illos hæc uti posse sine legitimis, & magnæ momenti conditionibus. Hoc bonum est, quod illis dispensare non licet, nec prodigere, sed prudenter dispensare, est enim depositum illis a Deo commissum tantam sapientibus economis, ut illud fidelibus tanta prudentia, quanta liberalitate partiantur. Æconomus enim sapiens, & fidelis est, cum de bono, cujus habet administrationem, ad majorem heri sui utilitatem disponit. Ita Pontifex nequit ingentes hos aperire thesauros, nisi cum Ecclesiæ maxime interest, cum de gloria Dei agenda, aliove præstanti agitur sine, qualis esset, ut fideles ad pacem precibus petendam, ad belli mala, & funestus effectus, qui illud solent concomitari, depregandos, excitarentur; ad implorandam hæresum extirpationem, fidei propagationem, inimicorum Ecclesiæ humiliationem, aliaque id genus causas, quæ ut plurimum in Jubilæorum Bullis exprimitur. Itaque Sanctus Bonaventura, omnesque Theologi sentiunt, Indulgentiam imprudenter, ac temere concessam nullam fore. Finis ergo, quem Summi Pontifices sibi proponunt, est, obtinendi per opera bona, facilia, & communia, quæ ad Indulgentiam lucrandam imponunt, magnum aliquid bonum, & bonum, ex quo plus glorie Deo cedat, quam ex satisfactione, quæ in Purgatorio ejusdem præberetur justitiæ, vel si diuturnas, durasque in scelorum poenam austeritates pateremur. Ita loquitur Cardinalis Bellarminus: cumque Supremus Ecclesiæ Pastor ita se gerit coram Deo in commissiorum sibi thesaurorum dispensatione, dici potest, perfecte suo munere fungi.

Hæretici, immo etiam nonnulli Catholici obijciunt, Summum Pontificem adeo egregium tantæque perfectionis finem habentem, minime illi uti admittit, quæ sibi huic congrua videantur. Insignis a Deo gratias obtinere vult, & ad id nihil aliud, nisi breves aliquos preces, quædam jejunia, quasdam elemosinas, aut leviæ aliquam mortificationem indicit. Sed qui hæc obijciunt, non attendunt ad ea, quæ ob oculos ipsorum versantur; videlicet statim ac Jubilæus inditissus est, Populus, Civitates, atque Provincias, & omnia ferme Catholica regna maximo cum ardore ferri ad ea efficienda, quæ ad illud lucrandum imperata sunt. Non enim considerandum est quid quisque fingillatim agat seorsim ab aliis, quasi solus esset in terris; addendæ sunt omnes preces, quæ enixe, & certatim in orbe toto ab omnibus fidelibus effunduntur ductis sepe obtinendi remissionem poenæ, quæ suis omnibus peccatis debetur. At Sanctus Pater tuus magnum aliquid Ecclesiæ bonum procurare non potest, nisi excitando, ut solet, filios suos ad illud conjunctis precibus efflagitandum. Et patet

Indulgentiæ, & Jubilæi, ac magni momenti conditionibus.

Non est prodigere preces, aliaque bona opera, ut tanto beneficio perfruatur.

ter ratio: Cum enim ea, quæ ab illis petit, facilia sint, & Indulgentia, quam illis concedit, sit magna, & plenaria; omnes excitantur ad expiendum id quod imperatum est, sperantes se magni hujus boni futuros participes: e contra vero si illis difficultia imperaret, pauci, uti oportet, illa adimplerent, & qui melius, quam cæteri hæc adimplerent, utpote pauci, minus bonum efficerent, quam tota simul hæc magna multitudo, quæ haud ægre, & grate exigua illa, quæ sibi imperata sunt, operatur.

Quod Supremus præcipit Pastor ad Jubilæum, vel plenariam Indulgentiam lucrandam, non ita leve est, ut primo statim videtur intuitu. Ut hoc intelligamus, satis est ad examen revocare circumstantias; etenim primo nullam, quæcumque illa sit, lucrari possumus Indulgentiam, nisi in statu gratiæ fuerimus. Ut autem sumus in statu gratiæ, plurima requiruntur, quorum qui alicui mortali peccato sunt obnoxii, sentiunt difficultatem; quæ tanta est, ut illi ipsi aliquando hoc fieri nequaquam posse dicant. Sincera, & integra faciendæ est confessio, firmiter, & efficacè concipiendum propositum melius vivendi, evitandi occasionis, per quas iterum in culpam relabi possit, & sociis, qui illic valeant pertrahere; aliæ bona fructuenda, reparanda, iustitiam, quæ vel obtræctationibus, vel scandalis illata fuit; verbo, adimplendæ sunt omnes illa conditioes, quæ in bona Confessione, & vera cordis, morumque conversione requiruntur. Post hæc esse leve fit, quod in Bulla præcipitur; ut certus sum, hoc omne non leve iudicatum iri propter primam hæc conditionem, quæ in statu gratiæ esse debemus, & ea omnia præstare, quæ ad id sunt necessaria.

Omnes fatentur justas requiri causas ad hoc ut generales Indulgentiæ, & Jubilæa concedantur, atque publicis Ecclesiæ necessitatibus probari Summorum Pontificum hæc in re consuetudinem. Ad plures in dubium revocant validitatem particularium Indulgentiarum large adeo, effusque concessarum Confratribus, Ordinibus Regularibus, Congregationibus, & iis, qui quedam pietatis opera exercent. Ad eas probandas, ecce quid celeberrimi Doctores dicant. Plures sunt nostræ Religionis articuli, quos Hæretici conantur evertere, quales sunt cultus Reliquiarum, invocatio Sanctorum, preces pro Defunctis, honorum operum praxis. At ad fidem tuendam quid magis efficax est, quam pietatis, & religionis exercitia, quæ ab illis omnibus habentur, qui Indulgentias lucrari conantur? Alioquin enim hæc Religionis principia sensum in populorum mentibus infirmarentur per Fidelium negligentiam, & contumaciam; & impiis habentur temptum, in quo quæ ab Hæreticis in seculo adeo corrupto, ubi error, & licentia grassantur, quorum cursum inhibere quam maxime refert, Pontifices amplissimi concedunt Indulgentias illis, qui hæc bona opera exercent, quæ Hæretici tanterpe improbant, & qui hæc mente, & ad hunc finem congregantur; cum bonum, atque utilitas, quam inde percipit Ecclesiæ, major sit, quam poenitentia, quam illi pro peccatorum suorum expiatione susceperunt.

In diversa abeunt Theologi, ubi sermo est de utilitate, quæ percipitur ex Indulgentiis licet ad optimum finem concessis. Inter illos habetur questio de poenis, & satisfactionibus earum vitæ remittendis, postquam remissa fuerit peccati culpa, & poenâ giera, quæ eidem debetur. Tenent alii remitti solum poenas, quæ in confessione imponendæ essent congruæ magnitudini, atque multitudini peccatorum, quæ parata fuerunt; quales erant poenæ Canonice, quas olim imponebat Ecclesiæ, & quas deinde quibusdam poenitentibus remittebat: hæc enim origo, primulque fuit usus Indulgentiarum; & Tridentinum Concilium videtur, inquisit, hæc probare sententiam, præcipiens, ut Indulgentiæ, quarum usus est retinendus, ad veterem consuetudinem redigantur. Sed cum hæc Canonice poenæ jam obsoleverint, nonne Indulgentiarum virtutem, ac usum quodammodo ad nihilum redigeret, qui illas coardaret ad supradictarum Canoniarum poenarum supplementum? Docent alii, quemadmodum Indulgentia, & poenarum peccato debitarum remissio illis tantum concedebatur, qui inceperant impostam sibi peragere poenitentiam, & qui in eadem erant perseveraturi; sed qui propter infirmitatem illam ad finem usque perducere non poterant; vel qui in peccato erant, ne vitæ prius, quam poenitentia finem facerent; eo in casu seu ad intercessionem, & commendationem Martyrum, cujus quam maxima ra-

tio habebatur, videns Ecclesiæ eorum fervorem, & dolorem, quem ob scelera sua testabantur, imminebat illis poenam, quas illis imposuerat, & quod supererat, quasi rite perfolutum cenabat. Ita, hi Doctores inquirunt, illi tantum, qui suum probarent dolorem magnis susceptis austeritatibus, & qui pro viribus divinæ satisfaciendæ justitiæ conantur, merentur Indulgentiam, quæ illis Domini satisfactiones applicans, iis, quæ remanent, suppleant. Sed præterquamquod solus peccatorum criminum dolor tantus esse potest, ut sine ulla Indulgentia sufficiat, ac satisfaciatur poenæ universæ, quæ criminibus debetur; & ille cum ad Sacramentum recipiendum satis est, magnam semper poenam partem remittit; quis non intelligit hæc doctrina coardari potestatem, quam Dei Filius sine ulla restrictione concessit Ecclesiæ omnem æque poenam, atque culpam peccati remittendi? *Quodcumque solveris.* Ecclesiæ vero nonne fideles falleret, ac se ipsam quoque deciperet sine potestatis ignara plenariis Indulgentiis impertiens? Hoc sane cogitari non potest, quin erroris, vel impii te auctoritatem agnoscent, sed ex hæc integra remissione extiment poenitentiam in confessionibus, quæ Jubilæum præcesserunt, infidias, neque adimpletas, & eas, quas Confessarii infingere possunt, in eadem Confessione, quæ præcipitur, tanquam dispositio ad Indulgentiam, vel Jubilæum lucrandum. Sed licet huic ininitiarum rationi, quod satisfactio pars est Sacramenti, quod pro dispositione requiritur; & licet poenitentis teneatur completum efficere Sacramentum impostam adimplens poenitentiam; magis sana tamen opinio, magisque Ecclesiæ sensui conformis est; Indulgentia, cum plenaria est, omnes remitti poenas, immo etiam satisfactionem impostæ poenitentia, si quis humanis concederet, quin improbe illam omittisset; tandem enim redeundum est ad illa verba, quibus nihil excipitur in ea, quæ conferunt, potestate solvendi, ac remittendi quidquid Cæli aditum intercludere possit homini, qui lucratus Indulgentiam vitæ defungeretur: *Quodcumque solveris super terram.*

Vidimus jam ad plenariam Indulgentiam lucrandam opus esse semetipsum disponere gratiæ statum acquirendo, ideoque absolute peccatum, & proximas peccati occasiones omnino relinquendo, quod quidem in poenitentia difficillimum est, & maxime essentiale. Indulgentia autem, & Jubilæus, qui nobis offertur, occasio acceptabilis est ad flagitia defendenda, atque cor, & mores immutandos, ad quod in Bullis suis nos invitant Pontifices; ut in statum addeamur a Deo obtinendi, quod pro Ecclesiæ bono enixius efflagitamus. Igitur tantum abest quod nos a poenitentia dimoveat, ac illius spiritum extinguat, quod nonnulli asserere non dubitant, spe absolutissimæ peccatorum nostrorum veniæ, & poenæ illis debite; ut immo ad poenitentiam nos invitent, nos alliciat, & illius nobis omnia præbeat subsidia. Sin autem veteris Ecclesiæ praxis adferatur in usu Indulgentiarum; respondebimus Ecclesiæ sapienter morem illum secutum fuisse, dum primam Christianæ Religionis fervor minime impetisset, licet aliter efficere possit; & quemadmodum immutavit consuetudinem, ac disciplinam in rebus plurimis, præsertim vero in iis, quæ ad poenitentiam pertinent, cujus rigorem moderata est, ut filiorum suorum infirmitati indulgeret, ita nunc ut hæc potestatem, ut per Indulgentias Cæli viam illis sternat facillorem.

Qui spiritu severitatis acti adversari sunt indulgentiæ, quæ hodierna die utitur Ecclesiæ, student in partes suas Tridentinum Synodum pertrahere, quæ retinens usum Indulgentiarum, utpote Fidelibus saluberrimum, jubet eas ad veterem consuetudinem revocari, unde arguunt, illis nullam vim, nullamque inesse virtutem, nisi quam mutantur a poenitentia, cujus, ut ipsi loquuntur, Indulgentia non aliud sunt, quam supplementum. At, ex hominibus ejusmodi, quibus veteris disciplinæ ratio adeo curæ est, liceat mihi sciscitari, utrum Synodus illa restituere voluerit poenas Canonicas, eadem ratione usura, qua olim utebatur Ecclesiæ? Hoc enim inane fuisse consilium, & quod adimpleri nullo pacto valuerit. An voluerit enim auferre potestatem, quam contulerat Deus Ecclesiæ capiti remittendi culpam, & poenam peccatorum, vel saltem eam coardare, eique limites statueret, vel denique potestatis hujus exercitum infringere? Hoc profecto dici nequit; vult enim Indulgentiarum usum, utpote fidelibus salutarem, retineri. Hoc unum igitur dicent-

Indulgentiæ legitime collatæ non probant relaxationem, neque poenitentiam necessitam.

Quid sibi voluerit Tridentinum Synodus Indulgentias secundum veterem consuetudinem moderata.

Ratio potestatis, quam habet Ecclesiæ remittendi poenas temporales debitas peccato.

Veritates suppetunt, ut agnoscat natura, virtus, & effectus Indulgentiæ, & Jubilæi.